

PELETARIUS LECTORI.

Quum Demonstrationem nostram primi Theorematis de Dimensione Circuli recognosceremus, alioqui bene Geometricam, in mentem uenit clarior Demonstrationis formula: quam hîc ascribere placuit, ne quid Commentationi nostræ deesset ad probationis facilitatem, cui semper unicè studuimus. Porro quia primam horum Operũ editionem omni ex parte emendatam præstare difficile fuit, de paucis quæ prælo exciderunt erratis, te admonuimus.

Pag. 6, loco, Formæ illius quæ Triangulum HKL cum Parallelogrammo $HKLO$ complectitur (in qua & P litera ociosa est) hoc substitues Parallelogrammum $HKLQ$, duobus Parallelogrammis $HKNO$ & $NOLQ$ bifariam distinctum, simul cum dimetiente KL . Tum Pag. 7, linea $HKNO$, post hæc uerba, Triangulo æquale, lege sic: Perficiatur enim Parallelogrammũ $HKLQ$. Et quia per trigessimam sextam Primi Elem. duo Parallelogramma $HKNO$ & $NOLQ$ inter se sunt æqualia, erit ipsum $HKNO$ dimidium totius Parallelogrammi $HKLQ$. Sed & Triangulum HKL eiusdem Parallelogrammi $HKLQ$ est dimidiũ, per trigessimam quartam eiusdẽ, quum sit KL totius Parallelogrammi dimetiens. Est itaque Triangulum HKL æquale ipsi $HKNO$. Atqui Pentagonum $ABCDE$ probatum est æquale eidem Parallelogrammo $HKNO$. Quare & ipsum $ABCDE$ Pentagonũ, Triangulo HKL est æquale: quod fuit demonstrandũ.

Pag. 21, lin. iamq; habeo, lege sic, iamq; habeo 22 ad 77, loco 2 ad 7. Tum duco 7 in 3: fiunt 21. Itaq; habeo 21 ad 77, loco 3 ad 11.

Pag. 33, lin. nem quantitatem, pro eiusdem generis planam, lege, ad quamuis continuam Planam.

Pag. 42, lin. ultima, pro E, DK , lege EDK .

Pag. 43, lin. & continuatione, pro disparatione, lege separatione.

Pag. 47, lin. at, pro at, lege fiat.

Pag. 48, lin. perpetuò, pro Elicas, lege Helicas. Est autem ἑλῖξ, ambitus flexuosus, instar capreolorum in uitibus:

Latini Spiram dicunt.



F I N I S.